

debita litterarum ipsarum apostolicarum executio-
ne, omnia et singula suprascripta vobis universis
et singulis suprascriptis et vestrum cuilibet in so-
lidum intimamus, insinuamus et notificamus et ad
vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus,
et deduci volumus per praesentes. Vosque nihilominus
reverendos dominos et archiepiscopos, epi-
scopos, electos, administratores, abbates, priores,
praelatos, capitula, conventus, ac clerum civitatum
et diocesum terrarum, castrorum, villarum et
locorum Reipublicae illustrissimae Venetorum me-
diate vel immediate subiectos et sub ipsius do-
minio et dictione consistentes, caeterasque perso-
nas ecclesiasticas, saeculares et regulares ordinum
et militiarum quorumcumque, non tamen Hierosolimitani et
B. Mariae Theutonicorum exemptas et
non exemptas in praedicto Dominio beneficia ecclie-
siastica obtinentes et fructus beneficiorum huiusmodi etiam ex reservatione aliquarum annuarum
pensionum habentes cuiuscumque preminentiae,
status, gradus, ordinis et conditionis existentes, et
vestrum quemlibet tam coniunctim quam divisim in
solidum tenore praesentium, et auctoritate Aposto-
lica suprascripta qua fungimur in hoc parte, requiri-
mus et monemus, primo, secundo, tertio et per
emperio vobisque nihilominus et unicuique ve-
strum, in virtute sanctae obedientiae reverendis
dominis archiepiscopis, episcopis sub interdicti in-
gressus ecclesiae. Aliis autem inferioribus excomu-
nicationis et aliis de quibus in litteris ipsis Apo-
stolicis poenis et censuris ecclesiasticis in capitula
vero et conventus ac collegia suspensionis a divi-
nis poena, in quam vos et vestrum quemlibet si
ea quea vobis et unicuisque vestrum tam coniunctim
quam divisim committimus et mandamus neg-
lexeritis, seu distuleritis contumaciter adimplere,
canonica monitione praemissa incurrire volumus,
districte praecipiendo mandamus quatenus infra se-
xaginta dierum spaciun post harum publicationem
et affixionem per quemcumque nuntium, iuratum,
aut notarium publicum faciendas ad valvas Cathedra-
lium et aliarum principalium et insignium ec-
clesiarum, civitatum, locorum et castrorum Do-
minii praedicti immediate sequentes. Quorum LX
dierum, XX pro primo, XX pro secundo et re-
liquos XX dies vobis universis et singulis supra-
dictis et cuiolibet vestrum pro tertio et peremperio
termino ac monitione canonica assignamus, unam,
veram et integrum decimam ex omnibus et sin-
gulis fructibus, redditibus et proventibus quorum-
cumque cathedralium et metropolitanarum alio-

rumque ecclesiarum, prioratum, monasteriorum,
et beneficiorum ecclesiasticorum saecularium et
ordinum quorumcumque regularium, etiam mili-
tarum, non tamen S. Joannis hierosolimitani et
Beatae Mariae Teutonicorum in Dominio et dictione
illustrissimae Reipublicae Venetorum, ex fructibus
bonorum beneficiorum huiusmodi etiam ex reser-
vatione aliquarum annuarum pensionum per totum
praesentem annum 1527 percepturis, per vos et
unumquemque vestrum nobis vel alicui nostrum
aut subcollectoribus per nos deputatis et deputan-
dis, ac in locis designatis, et designandis exsolvere
et satisfacere debeatis per vos vel alium seu alios.
Certificant vos omnes et singulos sic monitos,
quod nisi mandatis nostris huiusmodi imo verius
Apostolicis parveritis, et quilibet vestrum paruerit
realiter et cum effectu satisfactionem praedictam
debitam, ut supra, impendendo nos ad declaratio-
nem poenarum, sententiarum et censurarum huius-
modi et ad poenas graviores, invocato etiam ad
hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis aut
alias, prout ex forma ipsarum litterarum Aposto-
licarum nobis iniungitur procedemus, pro illarum
debita executione et Sedis Apostolicae obedientia
ac Serenissimi Principis et illustrissimi Domini
prelibati reverentia, vestra aut alicuius vestrum
inobedientia in aliquo non obstante. Ne autem de
praemissis aut aliquo praemissarum aliquis ve-
strum ignorantiam praetendere aut allegare quo-
modolibet valeat, mandamus praesentes ut supra
publicari et affigi ac affixas dimitti. In quorum fidem
praesentes fieri iussimus, et per praesbiterum
Nicolaum Moravium plebanum ecclesiae Sancti Ge-
miniani Venetum notarium et in huiusmodi causa
coram nobis scribam subscribi nostrorumque sigil-
lorum impressione muniri mandavimus.

Datum Venetiis, in palatio Patriarcali, die
Veneris XVII mensis Maij 1527. Presentibus do-
minis praesbiteris Bartholomeo de Laude, et Do-
minico de Bonamicis camerariis prefati reveren-
dissimi domini Patriarcae, testibus ad haec habitis,
vocatis et rogatis.

(L. S.)

Praesbiter NICOLAUS MORAVIUS notarius
mandato subscripsi.

*A dì 18. La mattina fo gran pioza. Da Chioza 81^o
fo lettere di sier Domenego Lion podestà, di*

(1) La carta 80^a è bianca.